

Biblioteka Jagiellońska
stdr0011426



1. Oratio Cromeri pro autoritate ecclesiae.
2, Casimiri Angriff auf Schweden.
3, Confoederations Artikel.
4, De Polonica electione.
5, Abgehandelte Vergleichung.
6, Rudolphi II oratio.
7, Oratio nomine Johannis III.
8, Einzug Sigismunds.
9, Consilium de recuperanda pace Poloniae.
10, Morientis Poloniae servandae ratio.
11, Votum P. Biskupski Wierzbięty.
12, Vnd Casimiri Liszynski etc.
13, Electio Saxoniae Electoris.
14, Der Polnischen Staats Staats„maximen.
15, Manifest des Prinzen de Conty.
16, Actum in curia Varsoviensi.
17, Glossa über das vom Prinzen Alexander ausgeg. Manifest.
18, Pierre Alexiewitz à l'Archevêque de Gnesne.
19, Der Czaarischen Maj. Demonstration.
20, Consilium de recuperanda pace Poloniae.
21, Oratio de rebus Poloniae.
22, Von dem Polnischen Interregno.
23, Election de Stanislas Leszinsky.
24, Instrumentum Denunciationis.
25, Ein das von den Polen verletzte Völkerrecht betreffender Brief.
26, Theodori Potocki Manifest.
27, Schreiben aus Rom.
28, Ein Brief von dem Litthauischen Skarbnik —
29, Die Polnische Freiheit.
30, Die jetzige Confoederation.
31, Gravamina.

EPISTOLA NOBILIS POLONI

SUPER

ELECTIONE SERENISSIMI POTENTISSIMI SAXONIÆ ELECTORIS

IN

REGEM POLONIÆ.

ZERVESTÆ Anno 1697. Mens. Sept.

EX quo, Fratrum optime, nuper Uratislaviæ Tibi valedixi, quæ lectissimo Regi nostro, FRIDERICO AUGUSTO à malevolis opposita, nos inter atque alios disceptabantur & explodebantur, animo meo subinde obversantur. Judicii ea parum, multum rancoris, imò veneni alebant. Et mirari subiit, Nostrates in virtutes & decora tanti Principis, quo digniorem, maturioremve Polonia nullibi reperisset, irritari. Sed hæc cum Gallico auro, Sarmatiæ nostræ videtur invecta lues. Singula elevasse, tunc quidem non erat arduum; tot quippe suis decoribus. Heros noster sustinetur, ut famam, quam tota ipsi Europa servat, debetque, consuluisse, sit virus, quod effrons in eum rabies subornat, evertisse. Quæ speciem

A quan-

quandam ferre videbantur, perpauca erant. Quod Germanos semper Principes, Nostrates fuerint aversati, jamq; superiori seculo Honorius, Vir inter plures Prudentiæ laude insignis, & Nostras, antipathiam, Polonos inter & Germanos, notasset, argumentisque non perfunctoriis adstrinxisset; dextrè tunc à Te, Fratrum optime, elidebatur. Seculo namq; exinde, & ultrà, ex quo Viri istius hac de re Judicium prodiisset, elapso, ævo mutato, Populi genium, Statusq; Rationes mutari potuisse, opposité opponebas. Imò ne tunc quidem omnes id numeros adimplevit. Maximilianum quippè Archi-Ducem, ipso illo tempore, Regem habuissemus, ni pro Sigismundo Sueco, armorum fors decidisset. Ante ea quoque tempora, Fridericum Brandenburgi Electorem, (cui ob bellicos ardores fortunamq; cum ferreis dentibus, insigne cognomen ad posteros mansit) Uladislao Regi nostro, ad Varnam à Turcis cæso, justâ Electione suffectum, spontè Regni habenas Casimiro cessisse, historiæ patriæ peritis non est ignoratum. Et plura hujus exempla evolvi fortè, subnectique possent, si operæ foret.

Ad alterum illud, FRIDFRICUM AUGUSTUM, Regem nostrum, esse alienigenam, quiq; Reges nostros ne per fœminas quidem, ullove gradu contingeret; cum per jocoserium ego contrarium ingeminassem; Sed in re, quæ memoriæ erat, distinctius explican-

canda, hærerem: memini à Te, sodalitioq; nostro mihi injunctum, ut assertioni huic meæ, fidem exsolverem: Verum id hactenus, per itineris festinationes, tempore, necessariisq; destituto, non licuit. Quàm itaq; primum ab illis mihi quies, & ad historias revolvendas otium atq; occasio, nonnulla ex iis curatius excepi, quæ, ne fucum fecisse videar, aliquot Schematismis Epistoliolo huic subnecto. Reperies I.
ibi, frater integerrime, quo pacto FRIDERICUS AUGUSTUS Rex noster, ex Piasteis, Jagellonicis, aliorumque Stemmatum Poloniæ Monarchis, plus quàm viginti, suos inter Atavos, rectâ ascendentium serie, numeret: & singula indubiis historiæ autoritatibus suffulta.

Videris hîc mihi opponere, remotiores illas, ex Majoribus deductiones, vix unquam admitti? Sed Res Exemplo non destituitur. Ut domesticum adferam, Sigismundo Regi nostro, (cujus gratissima, vel ob cruciferos Equites Regno penitùs subjectos, apud nos memoria) à Regni Sueciæ Archiepiscopo, aliisq;, Gustavo, postea Regi, inimicis Proceribus, Suecica Sceptra oblata fuisse, eò, quod per Matrem ex Waldemaro, Suecorum Rege, genus duceret, Regni istius, Patriæque nostræ historiæ inculcant. Sed ex nono lineæ rectæ gradu (ut ex se- II.
cundo hîc adjecto Schemate liquet) & per plures

 va-

vagata familias, repetitio iſta fuit: quo, ſi non propiorem, certè non remotiorem FRIDERICUS AUGUSTUS REX, Caſimirum, id nomen, Quartum, Poloniæ Regem, Atavum agnoſcit. Ab hoc quippe noſtro Monarcha, (cujus vel inde, quod primus Teutonici Ordinis Magiſtrum Poloniæ ſubegerit, Magnũ apud nos Nomen) non uno, ſed undecim III. ductib⁹, rectâ cognatione deſcendit, ut ex tertio loco hîc adpoſitis deigmatibus, demonſtratum dabitur.

Parilis deniq; argumenti, exploſionisq; fuit, antiquæ, & ſemper Noſtratibus obſervatæ conſuetudinis eſſe, ut filii, atque etiam nepotes Regum defunctorum, usque ad lineæ ſeu ſtirpis totius occaſum, præ aliis ad Regnum vocentur. Contrarium noſtræ loquuntur Hiſtoriæ. Quis enim, jam adultâ in throno Jagellonicâ Stirpe, (quæ nec per fœminas quidem Piaſteis necti poterat.) Mazoviæ, aviti Piaſtei Stemmatis, Duces? quis ad noſtra usque Tempora, in Sileſia, ejusdem generis Principes ſuperfuiſſe ignorat? (a) Quis ante illam Wenceslaum Bohemum? quis Ludovicum Hungariæ Regem, ex Andegavenſi Galliæ Regum peregrinisſima ſtirpe, ad Poloniæ ſceptra elatos? Ne id Jagellonicæ domui peculiare fuiſſe opineris: quam ob egregia Regum illorum facinora, & in Rempublicam merita, atq; ob copulatam Regno, Lithuaniam, Nobilibus noſtris peculiariter dilectam ſemper fuiſſe, non inficior.

Plura

Plura ejusmodi, Frater dilecte, allegâſſe, ar duum non foret, ſed ea, ne tædium Tibi faceſſam, hâc vice ſuperſedeo; neque enim avitus Piaſtorum Jagellonumque ſanguis, nec ſoboles nuper defuncti, ſed moderni inclyti Regis noſtri Virtutes, ſpectanda nobis fuerunt: & excellens in juvene Heroe fortitudo, quâ hoſtium, quâ Turcarum terror cluet; quibuscum nobis perpetua quaſi, & vix malè fidâ pace interpolata bella. Ut frontis decora, Liberalitatem, Magnificentiam, & venerabilem in tanto Principe, ſed Noſtratibus gratisſimam Comitatem; Ut denique avita, quas omnis ævi hiſtoriæ ingeminant, Saxonici Stemmatis Encomia taceam. His malevolos, ſi qui ex Noſtratibus etiamnum ſuperſunt & inſaniunt, ſenſim conceſſuros, uterque integerrimis votis ſperabimus: pertinacioribusque ſaniorem mentem precabimur. Benè vale.

(a) Jagello Lithuaniæ Magnus Dux A. 1586 Rex Poloniæ inauguratus, quo tempore Mazoviæ Duces, & usque ad Ao. 1526 ſuperfuere, quo Johannes Cirnenſium ultimus Dux, lineam hanc clauſit. Et ex Sileſiæ Ducibus Georgius Wilhelmus ad diem usque 21. Nov. A. 1675. ſuperſtes fuit.

*

Schema I.

Exhibens plures deductiones, quo pacto Serenisſimus & Potentisſimus Poloniæ Rex, FRIDERICUS AUGUSTUS, antiquos, qui. Sceptra Poloniæ tenuerunt, Monarchas, inter Atavos ſuos numeret. Numeri ad marginem poſiti diſtinguunt Principes qui Poloniam rexerunt.

TAB.

I. *Piastus* Princeps Poloniæ ordine XI. post Popielos electus.

II. *Ziemovitus XII.* Poloniæ Princeps Filius.

III. *Lescus IV.* Poloniæ Princeps XIII. Filius.

IV. *Ziemomislus* Dux Poloniæ XIV. Filius.

V. *Miescislaus* seu *Miesco*, Filius primus Christianus; Princeps Poloniæ XV. †. Ao. 999.

VI. *Boleslaus Chrobry* seu *Acer*; Filius Primus Poloniæ Rex †. 1025.

VII. *Miecislaus II.* Filius Rex Poloniæ II. †. 1034.

VIII. *Casimirus I.* Filius Rex Poloniæ III. †. 1058.

IX. *Uladis laus I.* Hermannus, Filius ademptâ Poloniæ, ob fratris sui Boleslai II. in St. Stanis laum patratam cædem, Regiâ dignitate, Ethnarcha seu Princeps Poloniæ. †. 1103.

X. *Boleslaus III.* Filius Crivoustus seu Distortus ob oris carbunculum dictus. Regens Poloniæ. †. 1139.

XI. *Miecislaus III.* Filius senex Ethnarcha Poloniæ. †. 1226.

Otto filius ejus, ad Principatum non pervenit.

Ula-

Uladislaus Filius cogn. *Pluvaz* seu Sputator, Princeps Poloniæ Majoris.

Przemislaus seu *Præmislaus*, Filius Princeps Majoris Poloniæ.

XII. *Præmislaus II.* Posthumus Filius Ao. 1292. Regium nomen iterûm usurpavit, septimo Imperii mense à Marchionibus Brandenburgensibus obtruncatus.

XIII. *Elisabetha* seu Rixa Filia, Polonica Princeps. — *S. VVenceslaus*, ejus Maritus Rex Bohemiæ, & Ao. 1302. Poloniæ. †. 1305. [a] (b)

Elisabetha Filia Princeps & hæres Bohemiæ. — *Johannes Luxemburgius*, ejus Maritus, & intuitu Rex Bohemiæ (c)

Carolus IV. Filius Imperator.

Sigismundus Filius Imperator.

Elisabetha Bohemica Filia — *Albertus II.* Imperator ejus Conjux.

XIV. *Elisabetha* Austriaca Filia — *Casimirus IV.* Maritus Rex Poloniæ. †. 1492. (d)

Barbara Polonica Filia. — *Georgius* Maritus Dux Saxoniæ. (e)

Magdalena Saxonica Filia. — *Joachimus II.* Maritus Elect. Brandenburgensis. (e)

Johannes Georgius, Filius Elector Brandenburgenſis.

Sophia Brandenburgica Filia. -- *Chriſtianus I.* Elector Saxoniæ Maritus.

Johannes Georgius I. Elector Saxoniæ Filius.

Johannes Georgius II. Elector Saxoniæ Filius.

Johannes Georgius III. Elector Saxoniæ Filius.

FRIDERICUS AUGUSTUS Rex Poloniæ.

(a) Piaſteum Stemma, & hic ex eo allatas filiationes, Elias Reuſnerus, & Hieron Henninges (ut Polonicos Scriptores taceamus,) adſtruunt. (b) De Bohemiæ Czechica ſtirpe conſulantur Balbinus, P. Weingarten; & idem Reuſnerus, Henninges. (c) Limburgium Stemma, quod in Luxemburgiorum nomen atque Hereditatem ſucceſſit, & Bohemiæ Reges, Germaniæque Imperatores dedit, peculiari volumine executus eſt Andreas du Cheſne; addi poſſunt, quoad eas, quæ hic allatæ ſunt, filiationes, Rittershuſius & Henninges. (d) De Jagellonica Poloniæ Regum familia videantur Henninges, Rittershuſius, Reuſnerus. (e) Quæ ex Saxonico & Brandenburgico Stemmate hic allata ſunt, indubiâ adſtruunt autoritate Dni. Spenerus, Im-Hoff, Rittershuſius & innumeri alii.

*

TAB. II.

Boleslaus Crivouſtus ſeu *Diſtortus*, Ethnarcha Poloniæ. qui eſt Tab. I. num. X.

XV.

XV. *Caſimirus II.* Filius Ethnarcha Poloniæ. †. 1194.

XVI. *Conradus* Filius Dux *Mazoviæ*, is qui Teutonici ordinis Equites in Boruſſiam evocavit, Ethnarchiam Poloniæ. A. 1228. invaſit. (f)

Caſimirus Filius Dux Cujaviæ & Lenciciæ.

Ziemomislaus Filius Lenciſenſium Princeps.

Caſimirus Filius Dux Gniewkovienſis.

Eliſabetha Polonica Filia. -- *Stephanus* Huſubus, Banus Boſniæ, ejus Maritus.

XVII. *Eliſabetha* Filia. -- *Ludovicus* Maritus Rex Ungariæ & Poloniæ. A. 1370. †. 1382. (g)

Eliſabetha Ungarica Filia. -- *Stephanus* Fibulatus Dux Bavariæ Maritus. (h)

Fridericus Filius Dux Bavariæ in Landshuet.

Eliſabetha Bavarica Filia. -- *Fridericus I.* Elector Brandenburgicus Maritus.

Albertus Filius cogn. *Achilles* Germanicus, Elector Brandenburgenſis. (i)

Johannes Filius cogn. *Cicero* Germanicus, Elector Brandenburgenſis.

Joachimus I. Filius Elector Brandenburgenſis.

Joachimus II. Filius Elector Brandenburgenſis.

B Jo-

Johannes Georgius Filius Elector Brandenburgensis.

Sophia Brandenburgica -- *Christianus* I. Elector Saxoniæ
Filia. | ejus Conjux.

Johannes Georgius I. Elector Saxoniæ Filius.

Johannes Georgius II. Elector Saxoniæ Filius.

Johannes Georgius III. Elector Saxoniæ Filius.

FRIDERICUS AUGUSTUS, *Rex Poloniæ Filius*.

(f) Mazoviæ Ducum. Qui Piastei Stemmatis ramus, hic allatas filiationes, supra dicti Reusnerus & Henninges, probant. (g) De Andegavensi, ex Galliæ Regum Capetinga Stirpe, ramo, qui Siciliæ & Neapoleos, Hungariæ quoque, & Ludovicum Poloniæ Reges dedit, consulendi sunt, Du Bouchet, Fratres San-Marthani, P. Anselmus Carmelita; aliique, in Genealogiis, quas de Regia Galliæ familia promulgarunt. Addi queunt dicti Rittershusius & quoad hic allatas cognationes Henninges, Reusnerus, Dn. Imhoff, &c. (h) Bavaricæ stirpis hic allatas filiationes evincunt Genealogiæ Reusneri, Rittershusii, Henningesii, Dn. Speneri & aliorum - - - (i) Brandenburgicæ & Saxonicæ; supra citati Dn. Spenerus, Imhoff &c.

*

TAB. III.

Boleslaus Crivoustus Ethnarcha Poloniæ, quem Tab. I. num. X. exhibet.

XVIII. *Uladislaus* II. Filius Ethnarcha Poloniæ à Fratribus natu minoribus, quorum ditionibus inhiabat A. 1146. pulsus, stirps Silesiæ Ducum. (k)

Boles-

Boleslaus Procerus, Dux Silesiæ Filius.

XIX. *Henricus* I. Barbatus Filius Dux Silesiæ, Ethnarcha Poloniæ, dejectus à Conrado Mazovio. A. 1228. sed revocatus. A. 1236.

Henricus Pius Filius Dux Silesiæ.

XX. *Boleslaus Calvus* Filius Dux Lignicensis, Ethnarcha Poloniæ, contra Boleslaum Pudicum electus, à Conrado Mazovio pulsus. †. 1278.

Henricus Pinguis Dux Lignicensis Filius.

Boleslaus Filius Dux Lignicensis.

Ludovicus Filius Dux Briegensis.

Henricus VIII. Filius cogn. Stegmaticus, (mit der Schramen) Dux Lignic.

Ludovicus Filius Dux Lubensis.

Johannes Filius Dux Lubensis.

Fridericus II. Filius Dux Lignicensis.

Sophia Lignicensis Filia. -- *Johannes Georgius* ejus Maritus Elector Brandenb.

Sophia Brandenburgica -- *Christianus* I. Maritus Elect.
Filia. | Saxoniæ.

Johannes Georgius I. Elector Saxoniæ.

Johannes Georgius II. Elector. Saxoniæ.

Jo-

Johannes Georgius III. Elector Saxoniæ.

FRIDERICUS AUGUSTUS, Rex Poloniæ.

(k) Silesiæ Ducum, qui Piastei Stemmatis ramus, Genealogias, exsequuntur Reusnerus, Rittershusius, Henninges, Dn. Spenerus, & plures alii.

*

TAB. IV.

Boleslaus Crivoustus Ethnarcha Poloniæ, qui Tab. I. num. X. reperitur.

XXI. *Boleslaus Crispus* Filius Ethnarcha Poloniæ. †. 1173.

XXII. *Lescus Albus* Filius Ethnarcha Poloniæ. †. 1185.

Mathildis Polonica Filia. -- Maritus *Henricus Burevvinus* Senior Princeps Mecklenb. (l)

Johannes Theologus Filius Princeps Mecklenburgensis.

Henricus Hierosolymitanus Filius Princeps Mecklenburg.

Johannes II. Filius Dux Mecklenburgensis, creatus Imperii Princeps à Carolo IV. Imper.

Anna Mecklenb. Filia. -- *Wratislaus* VI. Dux Pomeraniæ Maritus.

Barnimus VI. Filius Dux Pomeraniæ. (l)

Wratislaus IX. Filius Dux Pomeraniæ.

Ericus IX. Filius Dux Pomeraniæ.

Bogislaus X. Filius Dux Pomeraniæ.

So-

Sophia Pomerana Filia. -- *Fridericus I.* ejus Maritus Rex Daniæ.

Christianus III. Rex Daniæ Filius.

Fridericus II. Rex Daniæ Filius.

Christianus IV. Rex Daniæ Filius.

Fridericus III. Rex Daniæ Filius.

Anna Sophia Filia Regia Daniæ Princeps. -- *Johannes Georgius III.* ejus Conjunx Elect. Saxoniæ.

9. FRIDERICUS AUGUSTUS, Rex Poloniæ.

(l) Mecklenburgi & Pomeraniæ, ceu unius Stemmatis, Principum Genealogias, peculiari opere evolvit Johannes Micrælius. Addi queunt Henninges, Rittershusius, Dn. Spenerus & plures alii, qui Genealogias tractant.

*

TAB. V.

Conradus Dux Mazoviæ Ethnarcha Poloniæ memoratus Tab. II. num. XVI.

Casimirus Filius Dux Cujaviæ.

XXIII. *Uladislaus* Filius cogn. *Locticus*, id est cubitalis, ter Regens seu Ethnarcha Poloniæ. †. 1333.

XXIV. *Casimirus III.* Magnus, Filius Rex Poloniæ. An. 1333. †. 1370.

Anna Polonica Filia. -- *Hermannus* Maritus Com. Ciliæ. (m)

Barbara Filia Ciliæ Comes. -- *Sigismundus* Maritus Imperat.

Eli-

Elisabetha Luxemburgica Filia.	-- *Albertus* II. Imperator. ejus Maritus.
Elisabetha Austriaca Filia.	-- *Casimirus* IV. Maritus Rex Poloniæ, cujus descendentes sequenti Tabellâ reperiuntur.

(m) Ciliæ Comit. Genealogiam nectunt Rittershusius & Henninges.

*

TAB. VI.

XXV. *Jagello*, Magnus Dux Lithuaniæ, (in Baptismo Uladislaus dictus) & Rex Poloniæ. †. 1434. (n)

Casimirus IV. Filius Rex Poloniæ, qui Tab. I. num. XIV.

Uladislaus Filius Regius Poloniæ Princeps, sceptra Poloniæ non tenuit, sed fuit Rex Ungariæ & Bohemiæ, ad Varnam. A. 1516. Cæsus.

Anna Ungarica Filia.	-- *Ferdinandus* I. Imperat. ejus Maritus. (o)
Maria Austriaca Filia.	-- *Wilhelmus* Maritus Dux Juliaci, Cliviæ & Montium. (p)
Maria Eleonora Juliacensis Filia.	-- *Albertus Fridericus* Maritus March. Brand. Dux Prussiæ.
Magdalena Sibylla Brand. Filia.	-- *Johannes Georgius* I. Maritus Elector Saxoniæ.

Johannes Georgius II. Elector Saxoniæ.

Johannes Georgius III. Elector Saxoniæ.

FRIDERICUS AUGUSTUS, *Rex Poloniæ.*

(n) Jagellonicum Stemma exhibent Henninges, Reusnerus & in quantum hùc facit, Rittershusius. (o) Austriacum Stemma innumeri Autores exsecuti sunt, quos inter Rittershusium, Dnos Spenerum & Im-Hoff nominasse sufficiat. (p) Juliaci & Cliviæ Ducum Historiam peculiari opere illustravit Adelarius Erichius; Genealogias exhibenr Rittershusius, Lairitz, in opere cui Titulus Palmvvald, & plures alij.

Schema II.

Exhibens Descendentiam Sigismundi Poloniæ Regis, à Waldemaro Sueciæ Rege, cujus intuitu illi Sueciæ Regni Sceptra oblata fuêre.

1. *Waldemarus* Sueciæ Regum, ex Folcungorum illustri Stemmate, primus A. 1250. lectus. †. 1276. (q)

2. *Rixa* Suecica Filia.	-- *Præmislaus* Posthumus ejus Maritus Rex Pol. occ. 1295.
3. *Elisabetha* Polonica Filia.	-- *S. Wenceslaus* Filius Bohemiæ & Poloniæ Rex. †. 1305.
4. *Elisabetha* Bohemica Filia.	-- *Johannes Luxemburgius*, Maritus Bohemiæ Rex. † 1346.

5. *Carolus* IV. Filius Imperator. †. 1376.

6. *Sigismundus* Filius Imperator. †. 1437.

7. *Elisabetha* Bohemica Filia.	-- *Albertus* II. Imperator ejus Maritus. †. 1440.
8. *Elisabetha* Austriaca Filia.	-- *Casimirus* IV. Conjunx Rex Poloniæ. †. 1492.

9. *Sigismundus* Filius Poloniæ Rex, cui Sueciæ Regnum à Johanne Magno, Upsalensi Archi Episcopo, aliisque Magnatibus oblatum.

(q) Fol-

(q) Folcungorum, quod plures Sueciæ Norvvegiæque Reges dedit, Stemma & ex illo, quæ hùc faciunt, Suecici Regni Historici ingeminant; Genealogiam edidit Messeninus in Theatro Nobil. Sueciæ; sed pleniorem accuratioremque dat Chronic. Suecicum Anonymi; reliquæ hic explicatæ filiationes, ex supra ad singulas familias, notatis autoribus evolvi poterunt.

Schema III.

Monstrans Casimirum IV, Poloniæ Regem, qui A. 1492. fatis cessit, undecies inter Ascendentes FRIDERICI AUGUSTI *moderni Regis indubiâ fide reperiri.*

I.

1. *Casimirus* IV. Rex Poloniæ.
2. *Barbara* Polonica Filia. -- *Georgius* Dux Saxoniæ Maritus.
3. *Magdalena* Saxonica Filia. -- *Joachimus* II. Elect. Brandenb. Maritus.
4. *Johannes Georgius* Filius Elector Brandenburgensis.
5. *Sophia* Brandenburgic. Filia. - *Christianus* I. Elect. Saxoniæ Maritus.
6. *Johannes Georgius I.* Elector Saxoniæ Filius.
7. *Johannes Georgius II.* Elector Saxoniæ.
8. *Johannes Georgius III.* Elector Saxoniæ.
9. FRIDERICUS AUGUSTUS *Rex Poloniæ.*

II.

II.

1. *Casimirus* IV. Rex Poloniæ.
2. *Sophia* Polonica Filia. -- *Fridericus* March. Brand. Maritus.
3. *Georgius* Filius Marchio Brandenburgensis.
4. *Sabina* Brandenburg. Filia. -- *Joh. Georgius* Elect. Brandenb. Maritus.
5. *Sophia* Brandenburgic. Filia. -- *Christianus* I. Elect. Saxon. Maritus.
6. *Johannes Georgius* I. Elector Saxoniæ.
7. *Johannes Georgius* II. Elector Saxoniæ.
8. *Johannes Georgius* III Elector Saxoniæ.
9. *FRIDERICUS AUGUSTUS*, *Rex Poloniæ.*

III.

1. *Casimirus* IV. Rex Poloniæ.
2. *Sophia* Polonica Filia. -- *Fridericus* March. Brandenb. Maritus.
3. *Albertus* Filius March. Brandenburgensis, Dux Borussiæ.
4. *Albertus Fridericus* Filius March. Brandenb. Dux Borussiæ.
5. *Magdalena Sibylla* Brand. Filia. -- *Johan. Georg.* I. Elect. Saxon. Maritus.
6. *Johannes Georgius* II. Elector. Saxoniæ.

C 7. Jo-

7. *Johannes Georgius* III. Elector Saxoniæ.

8. *FRIDERICUS AUGUSTUS*, *Rex Poloniæ.*

IV.

1. *Casimirus* IV. Rex Poloniæ.

2. *Uladislaus* Filius Rex Ungariæ & Bohemiæ.

3. *Anna* Polonica Filia. -- *Ferdinandus* I. Imperator Maritus.

4. *Maria* Austriaca Filia. -- *Wilhelmus* Maritus Dux Juliaci.

5. *Maria Eleonora* Juliacensis Filia. -- *Albertus Fridericus* Maritus March Brand. Dux Prussiæ.

6. *Magdalena Sibylla* Brand. Filia. -- *Johannes Georgius* I. Maritus Elector Saxoniæ.

7. *Johannes Georgius* II. Elector Saxoniæ.

8. *Johannes Georgius* III. Elector Saxoniæ.

9. *FRIDERICUS AUGUSTUS*, *Rex Poloniæ.*

V.

1. *Casimirus* IV. Rex Poloniæ.

2. *Barbara* Polonica Filia. -- *Georgius* Dux Saxoniæ Maritus.

3. *Magdalena* Saxonica Filia. -- *Joachimus* II. Elect. Brandenb. Maritus.

4. *Johannes Georgius* Filius Elector Brandenburgensis.

5. *Chri-*

5. *Christianus* Filius March. Brandenb. in Culmbach.

6. *Magdalena Sibylla* Brand. Filia. -- *Johannes Georgius* II. Elector Saxoniæ Maritus.

7. *Johannes Georgius* III. Elector Saxoniæ.

8. *FRIDERICUS AUGUSTUS*, *Rex Poloniæ.*

VI.

1. *Casimirus* IV. Rex Poloniæ.

2. *Sophia* Polonica Filia. -- *Georgius* Maritus Dux Saxoniæ.

3. *Albertus* Filius March. Brandenb. Dux Borussiæ.

4. *Albertus Fridericus*, Filius March. Brand. Dux Borussiæ.

5. *Maria* Brandenburgica Filia. -- *Christianus* Maritus March. Brand. in Culmbach.

6. *Magdalena Sibylla* Brandenb. Filia. -- *Johannes Georgius* II. Maritus Elector Saxoniæ.

7. *Johannes Georgius* II. Elector Saxoniæ.

8. *FRIDERICUS AUGUSTUS*, *Rex Poloniæ.*

VII.

1. *Casimirus* IV. Rex Poloniæ.

2. *Uladislaus* Filius Rex Ungariæ & Bohemiæ.

3. *Anna* Ungarica Filia. -- *Ferdinandus* I. Imper. Maritus.

4. *Ma-*

4. *Maria* Auſtriaca Filia. -- *Wilhelmus* Maritus Dux Juliaci, Cliviæ & Montium.
|
5. *Maria Eleonora* Juliac. Filia. -- *Albertus Fridericus* March. Brand. Dux Pruſsiæ.
|
6. *Maria* Brand. -- *Chriſtianus* March. Brand. in Culmbach.
|
7. *Magdalena Sibylla* Brandenburg. -- *Johannes Georgius II.* Elector Saxoniæ.
|
8. *Johannes Georgius III.* Elector Saxoniæ.
|
9. *FRIDERICUS AUGUSTUS Rex Poloniæ.*

VIII.

1. *Caſimirus IV.* Rex Poloniæ.
|
2. *Anna* Polonica Filia. -- *Bogislaus* Maritus Dux Pomeraniæ.
|
3. *Sophia* Pomerana Filia. -- *Fridericus I.* Rex Daniæ Marit.
|
4. *Eliſabetha* Danica Filia. -- *Ulricus* Dux Mecklenb. Maritus.
|
5. *Sophia* Mecklenburg. Filia. -- *Fridericus II.* Rex Daniæ Ma-
|
6. *Chriſtianus IV.* Rex Daniæ Filius.
|
7. *Fridericus III.* Rex Daniæ Filius.
|
8. *Anna Sophia* Regia Daniæ Princeps. -- *Johannes Georgius III.* Elector Saxoniæ.
|
9. *FRIDERICUS AUGUSTUS, Rex Poloniæ.*

IX.

IX.

1. *Caſimirus IV.* Rex Poloniæ.
|
2. *Barbara* Polonica Filia. -- *Georgius* Maritus Dux Saxoniæ.
|
3. *Magdalena* Saxonica Filia. -- *Joachimus II.* Maritus Elect. Brandenb.
|
4. *Johannes Georgius* Filius Elector Brandenburgenſis.
|
5. *Joachimus Fridericus* Filius Elector Brandenburgenſis.
|
6. *Anna Catharina* Brandenb. Filia. -- *Chriſtianus IV.* Maritus Rex Daniæ.
|
7. *Fridericus III.* Rex Daniæ, Filius.
|
8. *Anna Sophia* Daniæ Regia Princeps. -- *Johannes Georgius III.* Elector Saxoniæ.
9. *FRIDERICUS AUGUSTUS, Rex Poloniæ.*

---

1. *Caſimirus IV.* Rex Poloniæ.
|
2. *Sophia* Polonica Filia. -- *Fridericus* Maritus March. Brandenb.
|
3. *Sophia* Brandenb. Filia. -- *Fridericus II.* Maritus Dux Lignic.
|
4. *Sophia* Lignicenſis Filia. -- *Johannes Georgius* Maritus Elector Brandenburgenſis.
|
5. *Joachimus Fridericus* Filius Elector Frandenburgenſis.
|
6. *Anna Catharina* Brand. Filia. -- *Chriſtianus IV.* Maritus Rex Daniæ.
|

 7. *Fri-*

7. *Fridericus III.* Rex Daniæ.

8. *Anna Sophia* Regia Daniæ Princeps. -- *Johannes Georgius III.* Elector Saxoniæ,

9. FRIDERICUS AVGVSTVS, *Rex Poloniæ.*

XI.

1. *Casimirus IV.* Rex Poloniæ.

2. *Barbara* Polonica Filia. - *Georgius* Maritus Dux Saxoniæ.

3. *Christina* Saxonica Filia. -- *Philippus* Maritus Landgr. Hassiæ. (r)

4. *Georgius* Filius Landgravius Hassiæ.

5. *Ludovicus* Filius Hassiæ Landgravius.

6. *Anna Eleonora* Hassiaca Filia. -- *Georgius* Maritus Dux Brunsvic.

7. *Sophia Amalia* Brunsv. Filia. -- *Fridericus III.* Maritus Rex Daniæ.

8. *Anna Sophia* Regia Daniæ Princeps. -- *Johannes Georgius III.* Elector Saxoniæ.

9. *FRIDERICVS AVGVSTUS, Rex Poloniæ.*

(r) De Hassiæ Landgraviis plures inter consuli queûnt, P. Butkens in Trophæis Brabantinis; Rittershusius, Dni Im-Hoff & Spenerus; Cætera in XI. hisce deductionibus exhibita, ex suprà de singulis familiis allegatis Autoribus evolvi queunt.

